

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia ab  
cum fonte primo

Auarus

prius hanelat concupita  
congregare et cum quasi in quodam  
uentre auaricie multa congesserit satiatus arctatur,  
quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat,  
ipsa eum sua satietas angustat.

Prius quippe anhelat per auaritiam concupita  
congregare; et cum quasi in quodam  
uentre auaritiae multa congesserit, satiatus artatur  
quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat,  
ipsa eum sua satietas angustat.

Diuitis enim cuiusdam uberes fructus ager attulerat,  
sed quia ubi eos tantos reponeret non habebat, dixit:

*Quid faciam, quod non habeo  
quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam,  
destruam horrea mea et maiora aedificabo.*

Qui ergo ex abundantia coangustatus dicebat:  
*Quid faciam?* quasi multo cibo pressus aestuabat.  
Pensemus quot uotis appetit  
ut uberes fructus ager illius afferret.

Ecce autem uota completa sunt  
quia fructus uberes ager attulit.

Sed quia ad recondendum loca non sufficiunt,  
multiplicatus diues quid faciat ignorat.

O angustia ex satietate nata!

De ubertate agri angustatur animus auari.

Dicens namque: *Quid faciam?*  
profecto indicat quia uotorum suorum effectibus  
pressus, sub quodam rerum fasce laborat.

Bene ergo dicitur: *Cum satiatus fuerit, artabitur.*  
Quia

mens auari, quae prius ex abundantia requiem  
quaesierat, post ad custodiam grauius laborat.

Mens auari que prius ex abundancia requiem  
quesierat, postea ad custodiam grauius laborat.

Gregorius XV. moralium.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 15.22 (CCSL  
143A, M. Adriaen ed., pp.764-5, ll.1-20).